UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

Visual Library

dare conuenit per diſcordiam aliquam prolatum vni e duobus hoſtem ad interficiendum, homicida congruum eſt nominari, qui clericus ab omnibus rectis habetur alienus.

ANNO CHRISTI 450.

XXXII.

Si quis clericorum voluerit iuuare captiuo, cum ſuo precio illi ſubueniat, nam ſi per furtum illum ∴ inuiolauerit, blaſphemantur multi clerici per vnum latronem, qui ſic fecerit excommunionis ſit.

XXXIII.

Clericus qui de Britannis ad nos venit ſine epiſtola, & ſi habitet in plebe, non licitum miniſtrare.

XXXIV.

Diaconus nobiſcum ſimiliter qui * inconſultu ſuo abbate ſine literis in aliam ∴ paruchiam aſſentiat, nec cibum miniſtrare decet, & a ſuo presbytero quem contempſit per pœnitentiam vindicetur, & monachus ∴ inconſultu abbate vagulus decet vindicari.

* *forte* inconſulto

SYNODVS ALIA S. PATRICII
ANNO INCERTO.

Secundam hanc S. Patricii Synodum, ex Andegauenſi bibliotheca tranſcriptã, miſit aliquando Iac. Sirmõdus ſoc. Ieſu ad D. Iacobum Armachanum archiepiſcopum.

TITVLI CANONVM.

I. *De habitatione cum fratribus peccatoribus.*
II. *De obſeruationibus eorum.*
III. *De pœnitentia poſt ruinas.*
IV. Deſideratur.
V. *De ſuſpectis cauſis.*
VI. *De vindictis eccleſiæ.*
VII. *De baptiſmatis incertis.*
VIII. *De reis autem abſtractis ab eccleſia.*
IX. *De lapſis poſt gradum.*
X. Vel deſideratur omnino, vel in capitulorum numeratione erratum eſt.
XI. *De ſeparatione ſexuum poſt lapſum.*

XII. *De*

Anno Christi ...

XII. *De oblatione pro defunctis.*
XIII. *De ſacrificio.*
XIV. *De * abſtinenti inſoltiui lequat a cibis.*
XV. *De relinquenda vel docenda patria.*
XVI. *De falſis epiſcopis.*
XVII. *De præpoſito monachorum.*
XVIII. *De tribus ſeminibus euangeliorum.*
XIX. *Qua ætate baptizandi ſunt.*
XX. *De parochiis.*
XXI. *De retinendis vel dimittendis monachis.*
XXII. *De ſumenda euchariſtia poſt lapſum.*
XXIII. *De iuramento.*
XXIV. *De contentione duorum abſque teſtibus.*
XXV. *De toro fratris defuncti.*
XXVI. *De meretrice coniuge.*
XXVII. *De voluntate virginis vel patris in coniugio.*
XXVIII. *De primis vel ſecundis votis.*
XXIX. *De conſanguinitate in coniugio.*
XXX. *De vindicandis aſſuetis.*
XXXI. *De gentilibus qui ante baptiſmum credunt quam pœnitentiam habeant.*

CANONES.

I.

AVDITE Apoſtolum dicentem: *Cum huiuſmodi ne cibum quidem ſumere*; non eius eſcas ſumas cum eo. Ceterum ſi bos ſis & trituras, hoc eſt, ſi doctor es & doces, non obturatur tibi os, & dignus es mercede tua, ſed oleum peccatoris non impinguet caput tuum, ſed corripe adhuc & argue. 1. Cor. 5.

II.

Contentus tegmento & alimento tuo, cetera dona iniquorum reproba, quia non ſumit lucerna niſi * quod alitur.

*leg. quo

III.

Statuitur vt abbas videat cui attribuetur poteſtas alligandi & ſoluendi, ſed aptior eſt iuxta ſcripturæ exempla, * veniam. Si vero cum * flem & lamentatione & lugubri cum veſte ſub cuſtodia pœnitentia breuis quam longa & remiſſa cum temperamentis.

*forte venia.
*forte fletu